

Sermo

decebat ut nobis esset pontifex. sc̄us
id est omni gr̄a plenus et confirmatus
innocēs a peccato actuali. impollutus
a macula originali. segregatus a pec-
catoribus. q̄ caro eius de massa pec-
catrice assumpta est et mundata. et ex-
cellentior celis. i. angelis. factus. quia
verbo vinitus.

Secundo commendat eum a nobilitate
cum dicit. filius meus. i. substantialis:
cum omnia bona communicat
Unde ioh̄. xvij. **Q**uia omnia tua sunt
et tua mea sunt. Unde psal. **D**omi-
nus dixit ad me filius meus tu ego
hodie genui te. Presens et preteritum
iungit: ut inuariat illam generationem
esse eternam. Non enim fuit quod preterite-
rit. et propter hoc dicit hodie. nec ita est
quin ante fuerit. et ideo dicit. genui
te. **Ma. vlt.** **N**unquid ego qui ali-
os parere facio carnaliter. ipse non
pari eam spiritualiter mihi filium coe-
ternum. **Joem. liij.** **G**enerationem
eius quis enarrabit. quasi diceret. nul-
lus.

Tercio commendat eum a dilectione cum
dicit. dilectus. quod omnes cause dilecti-
onis fuerunt in eo. scilicet eloquentia diu-
ne sapie. pulchritudo. potentia. mun-
dicia et honorificentia. **De quibus he-
bre. i.** **L**ocus est nobis in filio et
Et nota quod specialiter dilectus est pa-
tri propter obedientiam. **Philip. ij.** **F**a-
ctus est obediens patri usque ad mor-
tem. mortem autem crucis. In hoc quod
fuit factus: notatur quod eius obedientia
fuit voluntaria. In hoc quod dicit usque
ad mortem: notatur quod finalis. In
hoc quod ait. mortem autem crucis no-
tatur quod maxima. ignota. et dura
Dilectus patri propter magnificentiam

Vicesimus quintus

am. quod sibi soli donauit quod mater esset
et virgo. Unde ipsa dicit. Fecit mihi
magna qui potens est et cetera. **Dilectus**
angelis propter sapientiam. Unde apo-
ca. i. **I**n que desiderant angeli prospice-
re tanquam in speculum glorie. **Sap.**
vij. **C**andor est enim lucis eterne: et
speculum sine macula dei maiestatis
Dilectus apostolis propter honorificen-
tiam. Unde psal. **Q**ui a te nimis
honorati sunt amici tui deus. Unde
ait ioh̄. xv. dicens. **N**os vos me elegeri-
tis: sed ego vos elegeri. **Dilectus**
martiribus propter victoriam. Unde a-
po. vi. **V**idi et ecce equus albus. id
est ordo martirum: qui dealbauerunt
stolas suas in sanguine agni. et qui se
debat super illum. scilicet christus qui pu-
gnabat pro eis. habebat arcum. i. auto-
ritatem sacre scripture. et data est ei co-
rona: et erunt vincens et vincetur. **U**n-
de canit ecclesia. **T**u vincis in marti-
ribus. **Dilectus** confessoribus propter
iustitiam. Unde de ecclesia dicit apo-
ca. xix. **D**atum est illi ut cooperiat se bis-
so. id est operibus iusticie. splendor
propter honestatem conversationis. et ca-
dido propter puritatem intentionis.
Dilectus virginibus propter mundiciam.
Unde sap. iij. **Q**ua felix sterilis et
non coquinata que non sciuit thorum
in delicto. habebit fructum in requie
animarum sanctarum. **De hijs apocali. v.**
Dignus est agnus qui occisus est ac-
cipere virtutem. scilicet ut ei attribuat gra-
tia singularis a matre. et diuinitatem
licet ut detur ei manifesta ratio digni-
tatis a patre. et sapiam sibi attributa
ab angelis et fortitudine a martiribus
et honorem ab apostolis. et gloriam a vir-
ginibus. et benedictionem a confessoribus
g. iij.